



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

20. Denunciatio Regularis quae? quomodo expedienda? quotuplex? An denunciatio Regularis facta Praelato ut Patri, praerequirat correctionem Evangelicam fraternam in Religione? an extra?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

petit iis tantum, quorum interest habere bonum Prælatum. *cap. cum olim h. t. & requirit monitionem trinam Can. Quapropter 2. q. 7. aut binam cap. cum dilectus. h. t.* priusquam ab officio aut beneficio removeatur, repellit denunciante criminis exceptione *cit: cap. cum dilectus.* Hæc est (quæ etiam vocari solet publica) quando agitur de matrimonii impedimentis revelandis, ut affinitate &c. quæ monitionem non præexigit, sed quilibet eam facit, *cap. ad dissolvendum. de despons. impub.*

20. Regularis denunciatio (quæ secundum quosdam uti & Canonica ad iudicalem reducitur) est, quæ expeditur secundum diversas Religiosorum constitutiones, de plano & simpliciter, non admissa contra eam appellatione. *cap. ad nostram. de appell.* quia regulariter fit Prælato ut Patri ex fine correctionis fraternæ. Dico regulariter, quia fieri etiam, potest Prælato ut Judici ex fine punitionis publicæ, ad aliorum terrorem & bonum communitatis.

21. Facta autem Prælato ut Patri, ex præcepto Evangelico prærequirit correctio-